P. MATTHIA

PSAL: CXXX.

1583

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

7, - 116.

LN 1138
M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

P

IN

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

PSAL: CXXX.

IN TRES CONCIONES, quæ Eccleſiæ Dei, in diebus publi-
carum precationum, 18. 19. 20.
Nouembris propo-
nentur, dige-
ſtus.

PAVL: MATTH:



HAFNIÆ,
Impreßit Matthias Vinitor.
1583.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

BERNARDVS.

FRATRES, *nolite dubitare* de oratione veſtra, Sed ſcitote, quando verbum per os erumpit, tunc oratio veſtra ſcripta eſt in oculis Dei, & aut fiet quod petitur, aut expedit non fieri.



BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

CONCIO PRIMÆ Diei.

Ps: 130.

DE Profundis clamaui ad te DOMINE.

DOMINE exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes, in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obſeruaueris DOMINE, Domine quis conſiſtet?

Quia apud te propiciatio eſt, vt timearis.

Expecto DOMINVM, expectauit anima mea, in verbo eius ſperaui.

Anima mea expectat Dominum à vigilia matutina vſque ad (aliam) vigiliam matutinam.

Speret Iſrael in DOMINO, quia apud DOMINVM miſericordia, & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſrael ex omnibus iniquitatibus eius.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

EXORDIVM.

ANnus nunc eſt, aut etiam hoc amplius, poſtquam triſtiſſima Peſtis, multis in hoc Regno locis, paulatim obrepere ac nobis minari cœpit. Interea apud nos, & in vicinis quibusdam ciuitatibus, virus ſuum indies magis magisq́ ita diffudit, vt non ſolùm Scholam, in qua mediocris antea erat Studioſorum frequentia, miſerè diſsipârit, verùm etiam ingentem in tota Repub: ſtragem ediderit, plurimóſq́ vndiq́ homines, & eos quidem pleróſq́, morte admodum præmatura, ſubitò proſtrârit, longiore certè vita dignos, niſi iuſtiſsimo & miſericordiſsimo Deo, aliter viſum fuiſset.

Hac

Hac tam triſti calamitate, motus Sereniſſimus ac pijſſimus Rex noſter, pro ſingulari ſua, cùm erga Deum pietate, tùm erga ſubditos affectu verè paterno, cogitauit de optimo ac præſentiſſimo remedio, huic malo tempeſtiuè parando, publicis videlicet & ardentibus piorum hominum precibus, quibus & Deus facillimè placaretur, & præſens contagium, ne latiùs ſerperet, citius diuina gratia tolleretur.

Ordinati ſunt igitur à Sereniſſ: R. M. tres hi dies continui publicis precationibus, vt in ijs, per totum hoc Regnum, Eccleſia cùm ad ſacras conciones, diligenter & attentè audiendas, tum ad preces, pro præſenti neceſſitate, coniunctis animis & votis, ſeriò & ar-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

denter dicendas , frequens conue-
niret. Quare decet, vt ad pijſsimi
Regis noſtri exemplum, ſepoſita
omni hypocriſi, omniq; veterno ex-
cuſso, vera nos pœnitentia exuſcite-
mus, ad diligentem conſiderationem
iuſtiſsimæ iræ diuinæ, quam pleriq;
non modò non agnoſcunt aut metu-
unt, ſed ſecuri etiam contemnunt,
aut leuiter ſaltem æſtimant. Id
autem quò fiat meliùs, delegi Pſal-
mum 130. tribus hiſce diebus, Ec-
cleſiæ pro concionibus proponen-
dum, vt ad Dauidis exemplum,
diſcamus & peccatorum noſtrorum
atrocitatem, iræq; diuinæ magnitu-
dinem aduerſus peccatum agnoſce-
re, & verè ac ſeriò dolere & ex-
horreſcere, propter commiſsa pecca-
ta, & Deum offenſum: ita tamen,

ne

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

ne in hoc dolore, vllo pacto ſuccumbamus, Sed agnita noſtræ iuſtitiæ imperfectione, quæ iuſto Dei iudicio, nullo modo opponi poteſt, ad Deum firma fide ac inuocatione confugiamus, intuentes in vnicum illum ac ſolum Propitiatorem, Dei Filium, in quo ſolo, gratuita & plenaria omnium peccatorum condonatio, omnibus credentibus eſt propoſita. Nec quicquam propter diuturniorem interdum moram, de diuino præſidio dubitemus, ſed futuram liberationem, cùm à peccatis, tum alijs quibuscunq; vitæ huius ærumnis, certa atq; indubitata ſpe iuxta eius verbum expectemus.

Oro autem æternum Deum, Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, excitet in nobis Spiritum illum gra-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

tiæ & precum, & preces noſtras, quas veris cordis gemitibus ad illum fundimus, clementer propter Filium exaudiat, noſq́ cùm à ſæuiſsima Peſte, tum ab alijs triſtiſsimis calamitatibus, priuatis & publicis, quas iuſtiſsima eius ira, nobis minari videtur, per ac propter vnigenitum ſuum Filium, benignè tueatur atq́ conſeruet, Amen.

Dicemus autem in hac concione, de tribus primis verſibus, ex quibus duas potiſsimùm doctrinas deſumemus.

1. Quis affectus eſſe debeat hominis verè pœnitentis.
2. Quod nemo hominum, poſſit propria ſua iuſtitia, coram iuſto Dei iudicio conſiſtere.

DE

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

DE PRIMA Doctrina.

DVO priores verſus, continent ardentiſſimam Dauidis orationem, quam non intelligunt homines prophani & ſecuri, huius mundi voluptatibus ebrij, qui nullo, neq; peccatorum, neq; iræ diuinæ vero ſenſu tanguntur: Sed ij demum intelligunt, quid ſit de profundis ad Dominum clamare, quos Deus interdum, in ſchola crucis, diutius exercuit, & quorum corda, ſenſu peccatorum & iræ ſuæ, grauius aliquando ferit. Hic ſenſus extorſit Optimo & pijſſimo Regi Ezechiæ triſtiſſimam vocem: Sicut Leo, ſic contriuit omnia oſſa mea.

Docemur autem hac Dauidis precatione, breui quidem illa, Sed admodum pathetica, duo potiſſimùm requiri in homine verè pœnitente.

VNVM, quòd homo verè pœnitens, non tantum debeat adferre ad Deum, ocioſam aut leuem aliquam peccati & iræ diuinæ agnitionem, ſed eiuſmodi, quæ hominem ita deijciat, vt ſibi videatur quaſi in profundiſſimas aquas, & in imum etiam Inferni barathrum demerſus, vnde nulla humana ope liberari poſſit. Hæc enim eſt illa profunditas, quam Dauid aliàs vocat dolores mortis ac Inferni, vbi miſer aliquis peccator, luctatur cum extrema quaſi deſperatione, nec quicquam ei ob oculos verſatur, niſi

æterna

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

æterna mors, ac Infernus ipſe, à quo, niſi per hunc Dominum, nulla ſperari poteſt liberatio.

Sed nos, proh dolor, quàm longè abſumus, ab hac Dauidis pœnitentia, qui ſine vllo vel peccatorum ſenſu, vel iræ diuinæ metu, preces noſtras, non ex corde proficiſcentes, ſed in ore tantum natas, coram Deo proferimus. Neq; enim cum Dauide clamamus ad Dominum de profundis, hoc eſt veris cordis noſtri gemitibus: ſed vix extremis labris, ſine vllo pio cordis motu, preculas noſtras murmuramus. Et vt maximè in huiuſmodi ſolennibus precationum diebus conueniamus, vt coniunctis precibus, iuſtiſſimas iræ diuinæ pœnas, quas peccata noſtra meruerunt, & oculis præſentes

cerni-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

cernimus, ſeriò deprecemur: Tamen (quod propemodum pudet dicere, & tamen dicendum eſt, quia verum eſt) plerięq; perbellè, ſuo ſe officio, perfunctos ſtatuunt, ſi eiuſmodi diebus precationum, horula vna aut altera antemeridiana, Sacris interſint, animo interim alibi peregrinante. Nam quod reliquum eſt diei, ſi non poculis, aleæ ſaltem aut chartis, aut deambulationi datur.

Accuſemus igitur noſtram hanc pluſquam prophanam ſecuritatem, & moueant nos, cùm publicæ, tum priuatæ calamitates, vt ſeriò cogitemus, Deum verè & horribiliter iraſci peccatis, eaq; grauioribus adhuc pœnis puniturum, niſi ſeria nos pœnitentia, ad eum conuerterimus.

AL.

ALTERVM, quod in vera pœnitentia requiritur, eſt ne propter vel peccatorum, vel iræ diuinæ magnitudinem, de diuina miſericordia deſperemus: ne etiam hoc peccatum deſperationis, quod omnium eſt grauiſsimum, vtpote quod Deum, in ſuis promiſsionibus, mendacem facit, ad reliquos lapſus adijciamus: ſed ſeria & ardente inuocatione, à Deo irato, ad Deum miſericordem, fugiamus, nihil dubitantes, quin nos, licet maximo peccatorum onere grauatos, & quaſi in infimum terræ, aut profundiſsimas aquas demerſos, clementer exaudiat, noſtraſq; preces, etiam attentis auribus, benignè excipiat. Eſt enim Deus, qui non ſolùm deducit ad Inferos, ſed etiam reducit:

non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

ſum, ſed non per hoc iuſtificatus
ſum.

Sit igitur nobis hic verſiculus, euidens teſtimonium, de peccati & iræ diuinæ magnitudine, quam nulla creatura ſuis viribus ſuſtinere poteſt, quàmq; ideo malè extenuant, quotquot vel illud tolli, vel hanc placari, vlla noſtrorum operum dignitate docent.

Quæ autem ſit vera conſolatio, peccatorum & iræ diuinæ ſenſui opponenda, ſequente concione, Deo volente, audiemus.

CONCIO SECVNDÆ Diei.

QVia apud te propitiatio eſt, vt timearis.

Expecto Dominum, expectauit anima mea, in verbo eius ſperaui.

Anima mea expectat Dominum, à vigilia matutina vsq; ad aliam vigiliam matutinam.

ENARRATIO.

AVdiuimus proxima ſuperiore concione, quomodo affecti, ad Deum ſeria pœnitentia accedamus, nimirum vt peccata, & iuſtam Dei iram aduerſus peccata ſeriò agnoſcentes, verè non ſimulatè doleamus, propter peccata commiſſa & offenſum Deum: Neq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

tamen fugiamus Deum, ſed veris cordis gemitibus, ad eum clamemus, nihil omnino tribuentes noſtris operibus aut meritis, quin potius ingenuè agnoſcamus multiplices ſordes noſtras, & quòd non ſit ea operũ noſtrorum dignitas, vtut in hominum oculos incurrant, quæ iuſto Dei iudicio opponi poßit, Sed aliud omnino præſidium quærendum eſſe, quo aduerſus peccati, & iræ diuinæ ſenſum, tuti eſſe poßimus. Hoc autem quodnam ſit, tribus ſuprà recitatis verſiculis, Dauid expreſſè docet, ex quibus tres præcipuas doctrinas proponamus.

1. Quæ ſit vera conſolatio, peccati & iræ diuinæ ſenſui opponenda.
2. Cur extra Deum, nulla quærenda ſit propitiatio.

3. Quomodo vincenda ſit tentatio, ex mora & dilatione auxilij diuini orta.

DE PRIMA Doctrina.

Quàm grauis & horrenda res ſit, ſenſus peccati & iræ Dei aduerſus peccatum, præſertim vbi nulla ſentitur in corde vera conſolatio, triſtiſſimus plurimorum exitus teſtatur. Aduerſus hoc tam triſte malum, præſentiſſimum hîc remedium monſtrat Dauid, docens propitiationem, hoc eſt, gratiam ſeu gratuitam liberationem à peccatis, in promptu eſſe, non quidem apud homines, ſed apud ſolum Deum, idq; propter Filium, quem vnicum propitiatorem Deus propoſuit. Li-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

cet enim nulla hîc fiat expreßa men-tio Mediatoris, tamen vbicunq; no-minatur miſericordia ſeu propitia-tio, ſemper intelligenda eſt, ſicut illa reuelata eſt, in promißione de Chriſto.

De hac propitiatione, in ſolo Chriſto fundata, loquitur Paulus Rom: 3. Iuſtificamur gratis gratia ipſius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propitiatorem in ſanguine ſuo. Quare ita demum ſtatuemus Deum nobis eße propitium, ſi ſcia-mus eum placatum eße victima Filij, vnici propitiatoris, ita vt iam omnibus ijs, propitius eſſe ve-lit, qui firma fide, in hunc propitia-torem recumbunt, extra quem nulla cuiquam vel gratia vel ſalus eſt

ſperanda:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

ſperanda: Sed triſtiſsimus ac ſeueriſsimus rigor iuſtitiæ vnicuiq; eſt expectandus, iuxta illud, Ioh: 3. Qui non credit in Filium, ira Dei manet ſuper eum.

Diligenter igitur obſeruandum eſt pronomen, TE. Apud TE propitiatio eſt, non apud me, aut vlla mea merita. Vnde perſpicuè docemur, fidem noſtram, in apprehendenda remiſsione peccatorum, niti ſola, eaq; gratuita Dei miſericordia, propter Filium, non vllis noſtris meritis, aut aliqua noſtrorum operum dignitate. Quæ conſolatio ſi amittatur, non poteſt homo peccator, in tam difficili lucta perſiſtere, ſed neceſſe eſt eum, territum metu iuſtiſsimæ iræ diuinæ aduerſus peccatum, deſperationi tan-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

dem ſuccumbere, quemadmodum in ſequente doctrina dicetur latiùs.

DE SECVNDA Doctrina.

Hæc eſt inſignis doctrina, oſtendens veram cauſam, cur apud ſolum Deum, & nuſquam extra ipſum, quærenda ſit propitiatio, nimirum vt Deus timeatur, hoc eſt, vt omnis honor ac gloria, in ſalutis noſtræ negotio, ſoli Deo tribuatur, nec quicquam noſtris meritis, aut noſtrorum operum dignitati aßcribatur. Timor enim hoc loco, non intelligitur Seruilis, ſed Filialis, qui eſt verus cultus Dei, conſiſtens inter vtrumq; extremum, Confidentiam videlicet & Diffidentiam. Nam qui vel ſuorum me-

ritorum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

ritorum fiducia elati, ſuperbiunt aduerſus Deum, quemad: Phariſæus ille apud Lucam, & noſtra ætate Monachi, propriæ iuſtitiæ confidentes: vel cum miſero Caino, Saule, Iuda, propter peccata deſperant, diffidentes diuinæ miſericordiæ, non verè timent Deum: Sed qui agnoſcunt ſe habere peccata, & seriò exhorreſcunt propter iram Dei aduerſus peccata: & tamen non deſperant, ſed firma fiducia, ad hanc propitiationem confugiunt, quæ eſt apud Deum: hi demum verè Deum timent, & norunt opera ſua, in vera fide facta, etſi non ſint meritoria, Deo tamen grata eſſe & accepta.

Cum hoc Dauidis dicto conuenit Paulinum illud, Ephes: 2. Gratia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

ſaluati eſtis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum eſt, non ex operibus, ne quis glorietur. Si enim gratia eſt ex operibus, iam non eſt gratia, Rom: 11.

Cogitemus igitur quàm grauiter peccent, quotquot extra Deum propitiationem quærunt. Nam & Deum, debito ſuo honore impiè ſpoliant, gloriam ſoli Deo debitam, hominibus nefariè aſscribentes: Et, quod non minus eſt horrendum, mortem Filij Dei, cum omnibus ſuis beneficijs, extremè contemnunt, ac pedibus quaſi proculcant, quemadperſpicuè aſſeuerat Paulus, Gal: 2. Præterea, quod ſummè eſt dolendum, auferunt miſeris & afflictis conſcientijs veram conſolationem, dum homines auocant à gratuita

Dei

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

Dei miſericordia, in Mediatore propoſita, ad propriam iuſtitiam & dignitatem. Fieri enim non poteſt, vt in veris doloribus, ortis ex ſenſu iræ Dei aduerſus peccata, mens pauida conſiſtere poſſit, ſi tantum intueatur ſuam iuſtitiam & dignitatem: Nam mox reclamabit conſcientia, nos iniuſtos eſſe & indignos, ideoq́; non poſſe nos gratiam aliquam à Deo vel petere vel expectare. Verùm ſi ſentiamus hanc propitiationem, quæ apud Deum eſt, & eâ gratis nobis offerri reconciliationem, tantum propter meritum Filij, certa fide ſtatuamus, ibi demum certam ac firmam conſolationem habebit conſcientia, iuxta illud Pauli, Rom: 4. Ideo ex fide gratis, vt firma ſit promiſſio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

DE TERTIA
Doctrina.

Ingens lucta eſt, vbi in magnis doloribus, non ſentitur vera aliqua conſolatio, ſed differtur auxilium diuinum, & miſer homo, indies magis ac magis, in profundiſsimam quaſi abyſsum dolorum mergitur. Neq; poſsibile eſt hominem, in hac lucta diu poſse conſiſtere, niſi verbo Dei ſuſtentetur, quod ſolum facit, vt ex hac tentatione fortiter eluctetur, quemad: hîc ait Pſalmiſta: Et in verbo eius Speraui. *Q. D. Tametſi diutius differatur auxilium Dei, (Nam verbum,* expectandi, *in priore parte verſus iteratum, longam moram auxilij & liberationis ſignificat) nec ſentiam leuationem aliquam ingentium dolorum:*

tamen non frangor longiore mora, ſed verbo Dei firmiter me ſuſtento, quod prædicat te propitium futurum omnibus vera fide ad te confugientibus. Neq; enim ſic intelligendum eſt, quaſi ſpem ſuam collocârit Dauid in nudo verbo, quod literis ſcribitur, & humana voce profertur, ſed in ipſo Deo, qui hoc verbo ſe patefecit, quodq; literis mandari voluit, & cui verbo ſe Deus alligauit, ita vt ſimul cum verbo, Spiritu ſuo adſit, dictans in animis hominum veram conſolationem, & accendens in corde credentis, fidem, ſpem, lætitiam & inuocationem, ita vt homo, certa atq; indubitata ſpe, recumbat in hunc Deum, nihil dubitans, quin iuxta verbum eius ac promiſsiones, omnia infallibiliter

ipſi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

ipſi ſint euentura, etiamſi auxili-
um diutius interdum differatur.

Similitudo quæ additur, à vigi-
libus ſumpta, eodem modo declarat,
haud leuem fuiſſe tentationem,
quam Dauid ſuſtinuit, ſed ardenti-
ùs illum expectaſſe Deum, quàm
vigil aliquis, nocturnarum vigilia-
rum pertæſus, diem expectat, in
qua dormire, & à nocturnis iſtis
moleſtijs, quieſcere ei liciat.

Cùm autem hæc tentatio de mo-
ra, & dilatione auxilij diuini, non
raró piorum animos fatiget, nec ſit
aliud, præter verbum Dei, quo hæc
tentatio vincatur, diſcamus hoc
verbum, contra Anabaptiſtarum
& aliorum diliria, qui impiè hoc
verbum contemnentes, ſuas neſcio
quas peculiares reuelationes diuini-
tus ex-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

tus expectant, magnifacere, eoq́ ani-
mos noſtros diligenter muniamus,
ne in ſimili aliquando tentatione
ſuccumbamus, ſed vt hoc verbo ſu-
ſtentati, fortiter cum Dauide inde
eluctemur, de qua re, etiam in
ſequente concione
dicetur copi-
oſius.

CON.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

CONCIO TERTIÆ Diei.

SPeret Iſrael in DOMINO, quia apud DOMINVM miſericordia & copioſa apud eum redemptio.
Et ipſe redimet Iſrael ex omnibus iniquitatibus eius.

ENARRATIO.

HActenus dictum eſt, quo affectu homo verè pœnitens, ad Deum accedere debeat, nimirum vt ſecluſa omni propriæ iuſtitiæ dignitate, peccata ſua, & iuſtiſſimam iram Dei aduerſus peccata, ſeriò agnoſcat: neq; tamen deſperet, propter peccatorum & iræ diuinæ magnitudi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

nitudinem: Sed in vera ac humili confeſsione, veris cordis gemitibus, ad Deum confugiat, & in eum fidei oculos defigat, à quo ſolo, certa & indubitata ſpe, petat & expectet gratuitam peccatorum condonationem, per ac propter vnicum propitiatorem, Dei Filium. Ne autem hæc ſpes vacillet, ſed vt ea, etiam in grauiore peccatorum & iræ diuinæ ſenſu, immoti perduremus, commodè nunc proponuntur, duo huius Pſalmi verſus poſtremi, qui huius ſpei certitudinem pleniùs adhuc confirmant. Nos duas tantùm doctrinas, eaſq; conſolationis pleniſsimas, ex ijs deſumemus.

1. Quò confugiendum ſit, vbi noſtra indignitas nobis obſtrepit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

2. Quæ conſolatio, tentationi de multitudine peccatorum, opponi debeat.

DE PRIMA Doctrina.

David ſentiens in corde ſuo veram conſolationem, certa ſpe de futura liberatione concepta, conuertit orationem ad totam Eccleſiam, hoc eſt, Omnes pios, qui hìc nomine Iſraëlis intelliguntur, & hortatur, vt in ſuum exemplum intuentes, nequaquàm deſperent de diuino præſidio, propter ſuam indignitatem, ſed firma ſpe ad Dei miſericordiam confugiant, quæ tanta eſt, vt maior ſit etiam omnium peccatorum miſeria, vt cum Auguſt: loquar. Verùm dolendum eſt, tantam eſſe

infirmi-

infirmitatem & animi humani anguſtiam, vt homo magnitudinem miſericordiæ diuinæ non poßit capere. Quare diligenter colligenda ſunt teſtimonia, quæ hanc Dei miſericordiam nobis commendant, vt ijs probè muniti, impiam deſperationem, quæ ex ſenſu noſtræ indignitatis oritur, fortiter vincamus.

I. Ac primò quidem, cogitemus diuinas promißiones, quæ oſtendunt Deum, nequaquam metuendum eße, tanquam ſeuerum aliquem iudicem, ſed tanquam mitem & benignum patrem, vtriſq; vlnis amplectendum. Talis eſt illa, Ioel: 2. Conuertimini ad Deum veſtrum, quoniam clemens & miſericors eſt, longanimis & multum beneficus. Et Ps: 103. Miſerator & miſe-

 ricors

ricors Dominus, tardus ad iram, & multum miſericors. Vbi in ſequentibus verſiculis, tribus dulciſſimis comparationibus, Dei miſericordiam verè ἀμέτρητον καὶ ἀναρίθμητον, *Dauid illuſtrat.*

II. Deinde cogitemus ſuauiſſimas iſtas & verè Euangelias parabolas, quibus ipſe Filius Dei, immenſam hanc Dei miſericordiam, erga miſeros peccatores, in gratiam recipiendos, viuis quaſi imaginibus pingit, Lucæ. 15.

III. Veniant etiam nobis in mentem, plurima illa atq; illuſtria exempla, veluti primorum noſtrorum parentum, Nabuchdonoſoris, Manaſſæ, Magdalenæ, & aliorum ſimilium, quæ ineffabilem & verè paternam Dei miſericordiam nobis commendant.

IIII.

IIII. Preterea intueamur in victimam Filij, quâ diuinæ erga nos dilectionis atq; miſericordiæ, nullum aliud eſſe poteſt teſtimonium euidentius. Vnde Chriſtus ipſe, Iohan. 3. Sic Deus dilexit Mundum &c. Et Paul: Roma: 5. Commendat autem charitatem ſuam erga nos Deus &c. Et 1. Ioh: 4. In hoc apparuit charitas Dei erga nos &c.

V. Poſtremò, Cogitanda eſt nobis obſignatio miſericordiæ diuinæ, quæ fit per Sacramenta, quibus veluti firmiſſimis ſigillis, paternam ſuam dilectionem, & gratuitam miſericordiam, in promiſſionibus ſuis propoſitam, nobis Deus obſignat.

Licet igitur magna admodum ſit noſtra indignitas, tamen hiſce

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

teſtimonijs edocti, certò ſtatuamus longè maiorem eſſe Dei miſericordiam, quæ etiam omnia eius opera ſuperat, Pſal: 145. Hæc Dei miſericordia ſpem noſtram meritò confirmabit, ne in tentatione, de indignitate noſtra, deſperemus: Sed vt hac miſericordia Dei freti, certa ſpe in eũ recumbamus, cuius Dauid hîc prædicat miſericordiam & redemptionem, eamq́ non aſtrictam, ſed copioſam, ita vt gratia etiam abundet ſupra peccatum. Rom: 5.

DE SECVNDA Doctrina.

Sequitur nunc altera doctrina, de vera conſolatione, opponenda peccatorum mulitudini, nam & ea, haud leuiter interdum, piorum animos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

mos fatigat. Et impoſſibile eſt in hac tentatione aliquem conſiſtere, niſi hac conſolatione ſpem ſuam probè munitam habeat, quòd cum Dauide, certò ſtatuat hunc Dominum velle omnes, certa ſpe atq; fiducia ad ipſum confugientes, non ab vno aut altero, aut etiam pluribus aliquot, ſed ab OMNIBVS quantumuis multis ac magnis peccatis, plenè ac perfectè liberare: neq; hoc ſolùm, ſed quòd etiam velit temporales pœnas, quas peccatis noſtris meruimus, clementer vel tollere vel mitigare. Nam iniquitates intelligit & culpam & pœnam peccati. Culpam tollit prorſus & remittit credentibus, & ſimul cum culpa pœnas æternas: Temporales verò, quibus Eccleſiam certò conſilio vult

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

eſſe ſubiectam in hac vita, ita miti-
gat, vt perferre, imò vt etiam glo-
riari in his poſſint.

Si quando igitur terret nos pec-
catorum noſtrorum vel magnitudo
vel multitudo, arripiamus hanc con-
ſolationem de Dei miſericordia,
quæ tanta eſt, vt non noſtra modò,
ſed etiam omnia omnium hominum
peccata in infinitum ſuperet. Hac
conſolatione, quæ omnium firmiſſi-
ma eſt & dulciſſima, per totam
vitam noſtram, & in agone mor-
tis maximè, Spem noſtram ſuſten-
temus, ne deſperatione victi, miſerè
ſuccumbamus.

Interim caueat vnuſquiſq;, ne
hac tam dulci conſolatione malè
abutatur, & diuturna impœniten-
tia prouocet iram Dei. Neq; enim
ideo

ideo tantopere prædicatur Dei miſericordia, vt eâ confirmetur in nobis peccandi licentia: Sed vt lapſi in peccata, non deſpondeamus animum, ſed erigamus nos cogitatione huius tam immenſæ diuinæ miſericordiæ, & matura pœnitentia ad hunc Dominum accedamus, qui inſtar piæ Matris, omnes peccatorum noſtrorũ ſordes, pretioſo Filij ſui ſanguine abluit, quiq; non ſolùm peccata ipſa, quantumuis multa & atrocia, gratuita miſericordia condonat, ſed etiam pœnas peccatis debitas, ſi non omnino tollit, clementer tamen mitigat.

Cùm autem multa nunc ſint, quæ de iuſtiſſima ira Dei aduerſus peccata nos commonefaciunt, Imprimis verò triſtiſſima hæc lues peſti-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

ſera, quæ longè lateq; virus ſuum diffundens, plurimos paßim hactenus proſtrauit, decet certè, vt vel ſic tandem, oculos noſtros aperiamus, ad tam aperta iræ diuinæ ſigna diligentiùs conſideranda.

Ne quæſo hîc nobis blandiamur, ſed accuſemus nimiam noſtram ſecuritatem, quâ non ſolùm iuſtißimam Dei iram, verùm etiam grauißimas eiuſdem pœnas ſceleratè contemnimus. Agnoſcamus peccata noſtra, quibus non ſolùm hanc pœnam, verùm etiam alias longè plures & grauiores iuſtè meruimus, & accedamus ad Deum, vera ac ſeria pœnitentia, ſeriò exhorreſcentes propter commiſſa peccata & offenſum Deum, ac certa ſpe atq; fiducia miſericordiæ diuinæ, peta-

mus

mus non ſolùm peccata nobis gratis condonari, verùm etiam præſentes & imminentes pœnas clementer mitigari. Neq; frangamur animis, etiamſi diutiùs auxilium ſuum Deus videatur differre, Sed certa atq; indubitata Spe, plenam liberationem, cùm à peccatis, tùm ex vitæ huius ærumnis omnibus, iuxta dulciſsimas eius promiſsiones, petamus ac expectemus, idq; per ac propter Filium eius vnicum Propitiatorem noſtrum, cui cum Patre & Spiritu Sancto. Sit laus, honor & gloria, in Omnem æternitatem, AMEN.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

ORDINATIO PRECAtionum, *Epiſtolarum & Euangeliorum*, quæ ſingulis Diebus recitabuntur.

PRIMAE DIEI.

Precatio.
ſiue

COLLECTA.

O Almectigſte / Naadefulde oc Barmhiertige Gud / wi arme Menniſke / bekiende for dig vore mangfoldige Synder / met huilcke wi haffue fortørnet dig / Oc opuact din Retfærdige Vredis Heffn oc Straff offuer oſſ: Wi bede dig ydmygelig O Naadige Fader / Du vilt icke tilregne oſſ vore Synder / Effter din ſtrenge Retfærdighed / Men du vilt mit vdi din Vrede / tencke paa din Faderlige Naade oc Barmhiertighed / Oc Naadelige affuende fra diſſe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

diſſe Lande oc Riger/ all voris velfortiente Heffn oc Straff/ ſom din Retfærdige Vrede truer oſſ met / Du vilt Naadelige ſtille denne Languarende oc gruelige Peſtelentz/ at wi icke Endelige ſkulle ødeleggis / Men at wi maa ſee oc kiende din Faderlige hielp / Oc altid Loffue oc Priſe dig/ ſom en Naadig oc Barmhiertig Gud oc Fader/ ved din eniſte oc Elſkelige Søn/ Jeſum Chriſtum vor HERRE/ Amen.

LOCO EPISTOLÆ
Recitentur tres primi
Verſus.

EVANG: Matth: 3.

Initium: Quum Vidiſset autem multos.
Finis: Omnis ergo arbor.

SECVN.

SECVNDÆ DIEI
Collecta.

O Allmectigſte Euige oc Barmhiertige Gud / wi arme Syndere / komme for dit Anſict / Oc icke driſte paa nogen voris Hellighed eller Retfærdighed/ Men aleniſte paa din Faderlige Naade oc Barmhiertighed/huilcken du aleniſte vdi din Søn/ foruden nogen Menniſkis fortieniſte/ haffuer loffuit oc tilſagt alle dennem/ ſom i en ſand Tro met en aluorlig Bøn/ Bede oc paakalde dig : Wi Bede dig Ydmygelige O Naadige Fader / du vilt forøge vor Tro / At wi icke for vore Synder ſkyld ſkulle falde i Miſshob / Oc tuile paa din Naade oc Barmhiertighid / Men taalmodelige foruente din Faderlige hielp / Du vedſt alt huad oſſ kand være nytteligt oc gaffnligt baade til

Siel

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

Siel oc Liff / Det vilt du oſſ oc
Naadelige giffue / ved den ſam-
me din kiere Søn/ Jeſum
Chriſtum vor HER-
RE/ Amen.

LOCO EPISTOLÆ.

Recitentur tres ſequentes
Verſiculi.

EVANG: Matth: II.
Initium: Venite ad me Omnes,
vſq; ad finem capitis.

TER-

Collecta.

O Euige oc Naadeful-de Gud/ Du ſom eſt Rig vdi Naade oc Barmhier-tighed / huilcken der off-uergaar / icke aleniſte alle vore Syn-der/Men ocſaa alle dine Gierninger/ wi arme Menniſke / angre oc fortry-de aff vort gantſke hierte / at wi met voris mange oc Groffue Synder oc Laſter haffuer fortørnit dig / Oc icke actid/ Enten Syndſens verſtyggelig-hed / eller din Retfærdige Vrede for Synden: Wi Bede dig Ydmyge-lige O Naadige Fader/ Du vilt for den ſamme din ſtore oc grundløſſe Barmhiertigheds ſkyld / Naadeligen affſlette oc forlade oſſ alle vore Syn-der. Du ſeer oc kiender all voris an-liggende Nød oc Trang / huilcken du vilt Naadelige formilde/ Effter din

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

gode Guddommelige oc Faderlige vilge: Du vilt beuare oſſ dit hellige oc ſalige Ord / oc Ordſens Tienere/ i en Chriſten Enighed oc ſamdrectighed / Du vilt ſee Naadelige til voris Naadige Herre oc Konge / Kong Frederich / Met hans Naadis Førſtinde/ Dronning Sophia/ Den vnge Herre / oc de Andre deris Elſkelige Børn/ at de met menige Danmarckis Rigis Raad oc Adel/ Oc all anden Chriſten Øffrighed / formedelſt din Guddommelige beſkyttelſe oc beſkermelſe / maa Naadelige beuaris / fra denne farlige Siugdom / oc all anden fare oc wlycke/ Du vilt regere alle deris Raad oc Anſlag / til dit hellige Naffns ære / Oc giffue voris Naadige Herre oc Konge / it Languarende Lyckſaligt oc Fredſommeligt Regemente/ ſaa at wi met alle andre hans Naadis Vnderſaatte/ kunde Leffue it Roligt oc Fredſommeligt Leffnet / wdi all Gudelighed oc Erlighed/

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

lighed / Ved den ſamme / din Eniſte / Elſkelige oc Enbaarne Søn Je-
ſum Chriſtum vor
HERRE /
AMEN.

LOCO EPISTOLÆ
Recitentur duo poſtremi
Verſiculi.

EVANG: IOH: 6.

Initium: Hæc eſt autem voluntas.
Finis: Suſcitabo illum vltimo die.

Prentet i Kiøbenhaffn / Aff
Matz Vingaard.
1583.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

niſte/
Je=

Æ

s.
ntas.
no dic.

Aff

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1138 8°